J. ALBERTIUS

DISPOSITIO CONCIONUM

1563

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

7, - 115 Da Box

LN 309

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

DISPOSITIO

CONCIO=
NVM QVÆ IN
diebus publicarum pre=
cationum 12. 13. 14.
Iulij, populo
proponen=
tur.

Ad uſum Miniſtrorum uerbi
ſcripta à
IOHANNE ALBERTIO.



1563.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

COMMONEFACTIO ad Paſtores.

CVM TRISTEM hanc rerum omnium faciem & eccleſiæ pericula intuëor, dilecti fratres, horrendam iram Dei agnoſco, quæ noſtris concitata ſceleribus, Indubiè miſerabiles hiſce regnis ærumnas iuſtiſsimè adferet, niſi ſepoſita ſecuritate noſtra, quæ peccatorum memoriam extinguit, & omnem iræ diuinæ metum excludit, ſeria ad Deum pęnitentia conuerſi fuerimus. Siquidem uſq; adeo omnes homines ſuis immerſi cupiditatibus in tantis malis obſtupeſcunt, ut non modo cõmunium calamitatum cauſam ocioſe negligant, uerum etiam euidentia iræ diuinę ſigna ſecurè

contemnant, peccata peccatis cu-
mulent, ac quotidie impietate ſua
& contemptu, atrociores pęnas ſibi
concilient , non animaduertentes
quantopere imperiorum tumulti-
bus alijſq́; communibus plagis eccle-
ſia concutiatur, & quam grauia eſse
ſoleant in magnis motibus eccleſiæ
uulnera.

Quare cum noſtrum officium
efflagitet, ut ſeriò ad expendendũ
hoc iræ diuinæ flagellum homines
excitemus, ad agendam pœnitenti-
am hortemur & ad coniungendas
preces in hac mæſtitia permouea-
mus, quò Deus promiſsionum ſua-
rum memor , clementer ingentia
hæc mala auertere, pœnas comme-
ritas mitigare, & eccleſiam in hiſce
turbationibus umbra manus ſuæ
protegere & conſeruare dignetur:
Excutienda ſane omnis eſt oſcitan-
tia,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

tia, & totis uiribus annitendum, ut miniſterium noſtrum ad ſalutem hominum prouehẽdam inſtitutum, piè & fideliter peragatur: ne noſtra negligentia confirmetur in multis peccandi licentia, iaceant prorſus fidei & inuocationis exercitia, & ceſset uniuerſum ueræ pęnitentiæ ſtudium.

Cogitandum enim eſt cum filio Dei commune nos officium ſuſtinere, in quo tantò grauior & pernicioſior noſtra eſt negligentia & infidelitas, quantò eius dignitas & amplitudo omnibus rebus mundi eſt ſuperior.

Expendendę ſunt horribiles illæ eccleſiæ calamitates, quę indies creſcunt & augentur, cùm noſtra culpa miniſterium negligitur aut ocioſè exhibetur.

Conſiderandum quoq́;, quòd

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

quemadmodum filius Dei paſtorũ
princeps, ut Petrus ait, illos, qui
gregem ſibi commiſsum non cöac=
tè ſed uolentes paſcunt, immarces=
ſibili gloriæ corona ornat: Ita quo=
q́ꝫ eos qui fraudulenter opus ſuum
faciunt, & gregem perdunt uel di=
lacerant, æternis cruciatibus & pœ=
nis subĳcit.

Quocirca propter gloriam Dei,
eccleſiæ ſalutem, & horum regno=
rum incolumitatem, uos omnes ob=
teſtor, ut ſerium perpetuò adſit
promouendę pietatis ſtudium, ſa=
lutaribus aſsiduiſq́ꝫ ueſtris admoni=
tionibus populus, qui ſecuritate
ſua uelut Lethargo iam ſopitus ia=
cet, ad ea quæ pacis ſuæ ſunt, con=
ſideranda in hiſce motibus excite=
tur, quò ad iram Dei exhorreſcens,
ardentibus uotis communium ærũ=
narum mitigationem à Deo poſtu=

let,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

let, à uitijs ſuis reſurgat, mores diligentius regat, & maiore cura in timore Domini ſuum faciat officium.

Tametſi enim grauia hæc ſunt, quę ante conſpectum noſtrum iuſtiſsimo Dei iudicio hodie uerſantur pericula: Extimeſcendum tamen eſt, ne propter infinita & atrocia ſcelera, quæ nunc inter omnes omnium hominum ordines dominium obtinuerunt, Deus ipſe non modo fame, gladio, peſte, beſtijs &c ſed cæcitate etiam ea percutiat, qua nunc ampliſsima illa regna laborant, in quibus aliquando diuina clementia florentiſsima fuit eccleſia, & Euangelij uox incorrupta ã prẹſtantiſsimis doctoribus eſt propagata.

Cauſas enim migrationis eccleſię, ꝓh dolor, indies aſpicimꝰ, neglectũ

& contemptum ſalutaris doctrinæ, laxationem diſciplinæ, ſcelerum atrocium impunitatem, hypocriſin, ſecuritatem & ſceleſtam illam ingratitudinem, quæ excluſa omni beneficiorum Dei memoria, miniſterio filij Dei infinitis modis eſt inimica. Vnde fit ut Deus, qui ignis conſumens eſt, conſuetis tantorum criminum pœnis iram ſuam declaraturus ſit, niſi maturè à uia ſua peſsima quiſq; recedat, & ad Deum ſeſe conuertat.

Quod cum ita ſe habeat, minimè ceſsandum nobis eſt, quos Dominus gregi ſuo prẹfecit, ſed acriter oportunè & importunè inſtandum, ut & nos ipſi quos in tanto officio deſides nonnunquam aliarum rerum cura facit, ad annunciãda populo peccata accendamur, & ij quorum conſcientia ſic ſopita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

eſt, ut abſq; acrioribus ſtimulis excitari nequeat, grauitate iudicij diuini ad reſipiſcentiam permoueantur, ne manifeſta hæc iræ Dei ſigna contemnentes, & contumaciter in impietate ſua perſiſtentes, tandem horribilibus illis peccatorum gradibus ad æternum exitium perducantur.

Cum autem in communibus his noſtris miſerijs ſummè neceſsarium ſit, ut publica confeſsione graues ſuos errores & peccata agnoſcat eccleſia, coniunctiſq; uotis & gemitibus ad patrem omnis miſericordię & conſolationis confugiat, quò tandem ceſsent quę ceruicibus noſtris iam imminent pericula, & diuina protectione ab ingruentibus calamitatibus eripiamur: Sapientiſsimè a ſereniſsimo & clementiſsimo rege noſtro *FRIDERICO II.*

 qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

qui pręſentem neceſsitatem rectè expendit, ordinati iam ſunt tres publicarum precationum dies, quibus seriò commonefaciendi ſunt homines, ut uera peccatorum ſuorum agnitione & confeſsione bonitatem Dei implorent, eamq́ coram toto mundo illuſtrent.

Vnde partium mearum eſſe arbitratus ſum, propter conſenſum materiam concionandi proponere, è qua pro huius ſtatus ratione commodę exhortationes & serię admonitiones extrui poſſunt. Deinde ſimplicioribus aliquam ſaltem habendarum concionum diſpoſitionem pręmonſtrare, ut tantò rectius omnia ad gloriam Dei & ædificationem auditorum paſsim in hiſce eccleſijs adminiſtrentur.

Ac cum fruſtranea omnis abſq́ diuino pręſidio noſtra in hoc miniſte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

niſterio ſit opera, Oro æternum
Deum patrem Domini noſtri Ieſu
Chriſti, ut eccleſiam ſuam in his re-
gionibus & alibi colligat, erudiat,
ac tuëatur, faciat ſuo ſpiritu do-
centium miniſterium ſalutare &
frugiferum, largiatur ineffabili ſua
clementia aliquam tranquillitatem,
qua commodè doctrina cœleſtis
propagari, & pietatis omnis ex-
ercitia inter nos confirmari poſ-
ſint, præſentem neceſsitatem no-
ſtram benignè ſubleuet, Scanda-
la & confuſiones imminuat, & bo-
nitate ſua nos cingat, ut ipſum cum
filio coæterno & ſpiritu ſancto
celebremus in omnem
æternitatem.
Amen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

CONCIO PRIMÆ Diei.

TEXTVS.

Eſaiæ I.

AVdite Cœli et auribus percipe terra, Quoniam Dominus locutus eſt. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus preſepe Domini ſui. Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis, Dereliquerunt Dominum, Blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, alienati ſunt retrorſum.

ENARRATIO.

Propheta abominabilem ſui temporis impietatem & defectio-
nem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

nem conſpiciens, grauiter hac con-
cione incolas regni Iuda ſuorum
ſcelerum admonet, iram Dei com-
minatur, & ad pœnitentiam inui-
tat. Mos enim hic prophetis eſt,
ut propoſitis minis & promiſsioni-
bus Dei, auditores ſuos moneant
terreant, exhortentur & ad feriam
pœnitentiam exuſcitent, ne in im-
pietate ſua abſq; pœnitentia per-
ſiſtentes ira Dei opprimantur.

Cum autem eadem maneat om-
nibus ſeculis iuſticia Dei, eadem &
miſericordia: Hæc concio rectiſsi-
mē ad exulceratiſsimos noſtri tem-
poris mores & ſceleratiſsimum cō-
temptum Dei accommodatur, ut
inde quiſq; admonitus, iudicium
Dei aduerſus contemptores uerbi
aſpiciat, conſcientiam ſuam exami-
net, ad Deum ſe conuertat, moreſq;
& actiones omnes ad regulam uer-
bi Dei conformet. Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Quare ut tantò firmius nobis hęc concio adhereat, tria potiſsimum hic nobis obſeruanda ueniunt.

Primum eſt iuſta Domini querela, aduerſus peſtiferam populi Iſraëlitici ingratitudinem.

Secundum eſt deploratio miſeriæ eorum qui à Deo deficientes ſe peccatis inuoluunt.

Tertium eſt uſus huius concionis propheticæ.

DE PRIMO.

Vt propheta quærelæ huius grauitatem, & defectionis atrocitatem, qua Iudei cupiditatibus ſuis frena laxantes Deum deſeruerunt, & turpitudini ſe totos tradiderunt, euidentius ob oculos ponat, Initio conteſtatione uehementi utitur, qua indubiè Moſen imitatus, cœlum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

cœlum & terram compellat, & ad audiendum hanc concionem inuitat: ubi ſignficat PRIMVM uſq; adeo obturatas eſse impietatis cœno omnium hominum aures, ut iam nullo ferè clamore ad audiendum Domini uocem permoueantur: ac ſi diceret loquendum nunc eſse cœlo & terræ, cum homines quibus Deus ipſe loquitur prorſus ad eius ſermonem obſurdeſcant, nec uelint uocanti Deo & inuitanti ad pœnitentiam ullo pacto obtemperare. Quæ ſanè res animos & aures noſtras percellat, ne tantoperè rerum terrenarum curis & nefandis cupiditatibus immergamur, ut ad cœleſtem tubam quæ Domini uoluntatem nobis proponit, prorſus ſurdi & ſtupidi efficiamur. Sumus enim & nos ſic affecti, ut ijs quæ

ille-

illecebris ſuis nos demulcent & libidini noſtræ fœdiſsimiſq; ſceleribus fomenta quędam & incitamenta prębent, libentius animum aureſq; accommodemus, quam uerbū Dei, quod in cœlum uſq; pertingit & terram perrumpit, audiamus. Quare ſciamus hanc eſſe uoluntatem Domini, ut non irrita ſit uerbi prędicatio, ſed ut omnes homines ad audiendum & obediendum flectantur.

SECVNDO, ſignificat Propheta quàm indignum ſit & prodigioſum, homines, quos in gloriam ſuam Deus ipſe condidit, non moueri conditoris ſui uoce, ad quam cœlum & terra & omnia elementa contremiſcunt, non affici innumeris illis beneficijs, quæ indies Deus ipſis exhibet: Sed perfidē Deum relinquere, & inania ſua ſtudia uſq;

adeo ſectari, ut in rebus diuinis cognoſcendis ſtuporem quendam ſibiipſis inducant. Vnde omnes profani & ingrati uocis diuinæ contemptores, iuſtum Dei iudicium aliquando audient, & teſtimonijs creaturarum impietatis ſuæ conuincētur, quòd hę quamuis ratione præditę non ſint, uoluntati Domini promptiſsimè obtemperent: Illi uerò intelligentiæ dono diuinitus ornati, inſonantem auribus ſuis uocem Domini ſceleratè reſpuant.

TERTIO uerbi dignitatem nobis commendat, ut in hac & ſimilibus concionibus loquentem Dominum agnoſcamus & audiamus, atq; quæ dicuntur ut uerè cœleſtia & ipſo Domini ore prodita obſeruemus. Verbum enim quod Dominus profert, tanti eſt momenti, ut nullę ſint res in hoc uniuerſo quę

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

non iure ei debeant cedere. Qua⸗
re & nos ſcripta prophetica &
quæcunq; diuina autoritate con⸗
firmata ſunt, ut cœleſtia accipi⸗
amus & exoſculemur, atq; car⸗
nis ingenio à diuina ſapientia ſe⸗
cluſo, in ipſa ueritate Dei pror⸗
ſus acquieſcamus.

Cæterum poſt grauiſsimam
hanc conteſtationem, Prophe⸗
ta Deum introducit de ingrati⸗
tudine populi ſui conquerentem,
& ab una parte beneficia, qui⸗
bus peculiariter ipſum affecerat,
enumerantem: ab altera uerò par⸗
te grauiſsimam defectionem &
contumaciam populi proponen⸗
tem, ut tantò grauius gentem Iu⸗
daicam perfidiæ ſuæ, rebellionis
& peruicaciæ admoneat.

Beneficia hæc ſunt omnium
homi⸗

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

hominum cogitationibus maiora, quòd DEVS ſe patrem be-
nignum & clementem Iudeis ex-
hibuerit, non tantùm creationis aut communis prouidentiæ no-
mine, ſed inſuper ſingulari ad-
optione, qua ipſos in peculium ſuum adoptauit, & ſupra om-
nes gentes ornauit & exaltauit: Habuerunt inter alia promiſsio-
nem benedicti ſeminis, creue-
runt diuina benedictione in gen-
tem maximam, conſpexerunt mul-
toties miranda Dei opera, & miraculoſas liberationes, paſti ſunt pane cœleſti, Diuino præſi-
dio ab hoſtibus erepti, magna uictoria potiti, & in terram amœ-
niſsimã duce Deo introducti: Con-
ſtitutum tenuerunt ordinatione Dei regnum & ſacerdotium, atq; uſq; adeo exaltati ſunt, ut re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

liquis gentibus admirabiles & ter-
ribiles fuerint, nec ullum genus be-
nignitatis dici poſsit, quod non in
ipſos copioſiſsimè ſit effuſũ. Quem-
admodum apud Eſaiam cap 5. Do-
minus ipſe fatetur, cum ait. Quid
ultrà faciendum erat uineæ meæ
quod non fecerim ei. &c.

Verùm ingratitudo hæc fuit
ipſorum maxima, quòd pro ineffa-
bili hac benignitate Deum non mo-
do debito honore ſpoliauerint, ue-
rum etiam grauiſsima contumelia
affecerint, ipſiuſq; uocem prorſus
contempſerint & abiecerint. Vn-
de apud Malachiam conqueritur
Dominus, inquiens: filius honorat
patrem, & ſeruus Dominum ſuum.
Si ergò ego pater ſum, ubi eſt ho-
nor meus? & ſi Dominus ego ſum,
ubi timor meus?

Quantæ autem fuerint populi
Iu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Iudaici defectiones, Quàm abominabiles idololatrię & ſuperſtitiones à uicinis gentibus acceptę, & quàm corrupti fuerint mores, hiſtoriæ ſacrę ſatis indicant, quarum quędam commodè pro concione proponi poſsunt, ut in conſpectu ſint communis ingratitudinis & punitionis diuinæ exempla.

Porrò obſeruanda eſt hęc quoq; defectionis Iudeorum amplificatio, quę per comparationem populi cum animantibus brutis inſtituitur. Clarè enim Dominus oſtendit eò ſtupiditatis homines deueniſse, ut à beſtijs quibus nihil rationis ineſt ſuperentur. Cum enim ea ſit animantium natura, ut rectoribus ſuis ſe ſubmittant, agnoſcant eos qui pabulum prębent, &, ut in hiſtorijs refertur, nonnunquam gratitudinem benefactoribus exhibe-

ant rectiſsimè pronunciat Dominus Iſraelem non tantum aliis gentibus profanis, uerûm etiam beſtiis inferiorem eſſe, quòd uſq; adeo obſtupuerit, ut Deum conditorem ſuum non agnouerit.

Similis locus eſt in Hieremia cap: 8. Vbi dicitur. Miluus in cœlo cognouit tempus ſuum, turtur & hirundo et Ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui. Populus autem meus non cognouit iudicium Domini.

Hic ad uberiorem doctrinam & ad acriores admonitiones inſtituenda eſt collatio, qua conferatur noſtræ ætatis impietas cum priſci temporis moribus. Nam cũm hæc in noſtram doctrinam ſcripta ſint, conuenit etiã beneficia nobis à Deo exhibita expendere, & cæcitatem, qua cõmuniter laboramus, intueri,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

ut beneficiorũ Dei memores ipſum rectè agnoſcamus & inuocemus.

Immenſam ſanè Dei clementiam qua nos gentes idololatria & ſuperſtitionibus contaminatas uiſitauit, nulla lingua effari aut explicare poterit. Siquidem preter alia innumera beneficia Deus ſalutarem Euangelij lucem inter nos ſplendeſcere fecit, nos in filios adoptauit: Eccleſiam in his mundi partibus uerbo collegit, eamq́ꝫ inter uarios furores conſeruauit, ſtudia ſalutaris doctrinę auxit & confirmauit: Conſenſum inter docentes retinuit hactenus, & ad propagationem doctrinæ tranquillitatẽ clementer conceſsit.

Atqui nobis, proh dolor, ſic ſordeſcunt hæc beneficia, ut pauci ſint, qui quæ his regnis à Deo collata ſunt expendant. Pau-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

ciores qui Deum benefactorem agnoſcant, pauciſsimi qui grata mente Deum pro tantis beneficijs celebrent, ipſiuſq; uoluntati, quemadmodum par eſt, ſeſe ſubijciant. Ita ut uerè de nobis hæc dici poſsint. Cognouit bos poſseſsorem ſuum & aſinus preſepe domini ſui, Dania autem Deum non cognouit.

Vt enim Iudei quantumuis grauiſsimis ſceleribus contaminati Iſraelis appellatione gaudebant, & ſe ſanctos ſegregatoſq; à communi hominum impiorum colluuie gloriabantur: Ita inter nos nemo eſt, qui Chriſtiano nomine ſe indignum cenſet: Nemo qui non deteſtatur Mahometicam & papiſticam impietatem. At quotuſquiſq; eſt qui Euangelio obtemperat, qui ſeriam pœnitentiam agit, qui rectè inuocat, qui piè ſobriè & iuſtè uitam

mo-

moreſq; inſtituit. Siquidem pro-
feſsioni tam eximiæ Chriſtiani no-
minis horrenda & atrocia illa ſce-
lera quæ paſsim dominantur, ma-
nifeſtè aduerſantur: Contemptus
Dei & ſacroſancti miniſterij, blaſ-
phemia nominis diuini, cum Dia-
bolica iſta maledicentia coniuncta,
proximi uiolenta oppreſsio, & uer-
ſuta deceptio, Tyrannis, Vſuræ,
Impoſturæ, Ebrietates & potati-
ones continuæ, Iurgia & diſtractio-
nes animorum, flagitioſorum pa-
trocinia, Coniugiorum propha-
nationes, libidinis impunitas, &
omnium ſcelerum turpiſsima pro-
luuies.

Hæc noſtra eſt ſanctimonia, quam ſi negauerimus, manifeſta & quotidiana horum flagitiorum exempla falſò nos negaſſe clamitent.

Quocirca ne ſpontanea malicia

& auerſione tandem æterno exitio ſubijciamur, oculos abſtergamus & Dei beneficia noſtramq́; ingratitudinem agnoſcentes, ad Deum qui erratorum noſtrorum per prophetam nos hodie admonet uera fide confugiamus.

DE SECVNDO.

Cum itaq́; peccatum res ſit horribilis & deteſtanda, qua homo à Deo & æternæ lucis conſpectu diuellitur, additur in Propheta. *Væ genti peccatrici, &c.* quæ uerba patheticam quandam deplorationem continent miſeriæ eorum qui Dominum relinquentes cum delectatione quadam flagitijs ſuis indormiunt.

PRIMVM enim magna

hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

hæc eſt miſeria, quod homo à Deo inobedientia ſua auerſus, non uno aliquo ſcelere contaminatur: ſed quamplurimis & grauiſsimis inuoluitur, quæ praua peccandi conſuetudine, ſibi uelut familiaria reddit & ſine omni pudore perpetrat. Vbi enim primùm ceſſauerit timor Domini, & ſemel animum peſtilens illa peccandi libido occupauerit, uelut excuſſo freno homo ab uno ſcelere in aliud præceps fertur, atq; indies peccata peccatis cumulat, donec tandem in reprobum ſenſum tradatur, ut uitia pro uirtutibus, & mendacium pro ueritate, horribili quadam cæcitate amplectatur. Id enim eſt, *gentem peccatricem* eſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Deinde cũm peccandi conſuetudinem & aſsuefactionem ſequantur Vniuerſalis Iniuſticia, Epicureiſmus & horribilis illa Dedolentia, quæ facit ut homo cùm maximè peccat, peccare tamen ſe minimè ſentiat: Ingens & hæc miſeria eſt, quòd homo ſic peccatis grauetur, àc uelut in cœnum demergatur, ut obrutus, onuſtus, & pondere peccatorum depreſsus, haud facilè poſſit emergere. Quantum hoc ſit mali quotidiana docet experientia in illis omnibus, qui ut impunè ita etiam ſuauiter fœdiſsimis ſceleribus ſeſe contaminantes, audacter ſalutares admonitiones contemnũt, & uix tandem ad aliquam reſipiſcentiam pertrahi uolunt.

Porrò quia peccatis ſuis homo ſe à communione beneficiorum Dei reſcindit, non leuis & hæc calami-

tas

tas eſt, quõd ad dignitatem filiationis Dei uocatus, iam defectione ſua degener factus ſit, & honorem filiationis propria contumacia amiſerit: Iam relicta omni pietate, & ſe & alios diabolica doctrina corruptiſsimiſq; moribus infecerit, adeoq; à Deo retrorſum alienatus ad Satanę uexilla transfugerit.

Hęc atrocia mala ſtuporem nobis excutiant, & admoneant ne cõcupiſcentijs noſtris placidè acquieſcentes, ad extremam tandem internecionem iuſtè pertrahamur.

Sed quî fit quòd homines tãtam Dei clementiam experti, tam turpiter ab ipſo deficiant, & ſumma cum uoluptate quęuis flagitia ſectentur? Certè cognoſcendę ſunt cuilibet pio tantorum morborum cauſæ, ut eõ melius ſingulis commoda adhibeantur remedia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

PRIMA igitur cauſa eſt illa ipſa naturæ corruptio & uitioſitas, quæ concupiſcentijs ſuis hominem indies ad peccandum extimulat, ut neglecta uoluntate Dei carnis deſideria ſectetur, & ſeſe in ijs exerceat. Verùm cùm lex membrorum legi Dei aduerſetur, annitendum eſt, ut mandatum Dei apud nos locum habeat, & in nobis uetus ille homo mortificetur, ne prauæ propenſioni & cupiditatibus conſentientes gratiam & ſpiritum Dei excutiamus.

SECVNDA cauſa eſt hoſtis noſtri uſitata πανουργία & uerſutia, qua aduerſus nos inſtructus mille occaſiones obijcit, & uarijs modis ad peccandum ſollicitat: ut nobis à Deo per peccatum alienatis longam miſeriarum telam texat,

& infinitis malis nos opprimat. Pingit enim peccata quælibet plauſibili colore, ut leue eſſe ducamus ea ſequi ſtudia, quæ licet lege Dei prohibeantur, naturæ tamen grata ſunt & iucunda, donec peccatorum illecebris ſuperatos, detracto colore, ad deſperationem & extremum exitium pertrahat. Huic itaqꝫ fortiter ſumpta panoplia, quam Paulus ad Epheſios 6: deſcribit, reſiſtendum eſt, ne ſuis artibus nos incautos circumueniat.

TERTIA cauſa eſt magna illa Mundi improbitas, quæ exemplo ſuo quamplurimos ad impietatem inuitat. Cùm enim humana mens ad eam rem procliuis ſit & propenſa, quã multos conſectari uidet, fit ut ex ipſa peccantium multi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

multitudine atq; autoritate, multi ſceleribus ſuis quærant patrocinium. Id quam uerum ſit, huius temporis ratio manifeſte oſtendit. Peccata enim quæ grauiſsima ſunt, leuiſsima nunc habentur, quia ſunt communiſsima. Atqui nos uerbo Dei aduerſus hæc multiplicia contagia muniamus, ne propter multitudinem ruentium in uaria ſcelera, ſpacioſam illam uiam, quæ iuxta monitionem Chriſti abducit in exitium, cum ſummo periculo ingrediamur.

QVARTA cauſa eſt ipſa diſciplinę laxatio ſiue remiſsio, in œconomijs, politijs, & gubernatione eccleſiaſtica: ubi namq; quod libet licet, fieri aliter nequit, quin omnis generis flagitia & atrociſsima ſcelera inualeſcant. Et certe quantopere quædam peccata confirmarit

inter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

inter nos impunitas, & peccandi licentia, unuſquiſq; qui ſpontè non cæcutit, facilè perſpicit, & Deus ipſe iuſtus uindex aliquando iræ flagello oſtendet. Quamuis enim ſcortationis, adulterij & ſimilium flagitiorum pœnam, Magiſtratus interdum negligat, interdum uerò remiſsiorem faciat; Deus tamen qui propter eam impuritatem, quæ hodie, proh Dolor, apud multos eſt in precio, uniuerſam carnem è terra cataclyſmo aboleuit, regna ciuitateſq; multoties euertit, & miſſis cœlitus plagis iram ſuam declarauit, non permittet, ut perpetuò impunita maneant flagitia, quæ nūc quorundam indulgentia ferè pro uirtutibus habentur.

QVINTA cauſa eſt abuſus longaminitatis & clementiæ Dei, qui pœnam differt ut reſipiſ-

centiam expectet. Siquidem multi
cũm ſubito fulmine non uident pu-
niri peccata, tranquillitatem ſibi
perpetuam pollicentur, nec ſta-
tuunt Deum ſeriò iraſci pecca-
tis, ſed pœnæ diuinæ præmoni-
tiones pro delectamento habent,
& diuitias bonitatis Dei contem-
nentes, cum peccatis iram in die
iræ colligunt. Atqui nos ſeriò co-
gitantes tarditatem pœnæ graui-
tate compenſari, pœnitentiam
non differamus: Sed diem cogniti-
onis rectè agnoſcentes, in timore
Domini uiuamus, ne ante expe-
ctationem iuſta Dei uindicta obru-
amur.

DE TERTIO LOCO.

Grauiſsima hæc querela Do-
mini, tametſi ab impio mundo mi-
nimè, ut par eſt, conſideratur, qui
rerum terrenarum curis, & præ-
ſenti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

ſentium uoluptatum illecebris ad‐dictus, nullo ſenſu uel fœditatis peccati, uel grauitatis iræ Dei ad‐uerſus peccatum tangitur: Nobis tamen diligenter expendenda eſt, ut ſciamus Deum horribiliter pec‐catis iraſci, & ſeriò damnare non tantum craſſa illa flagitia, uerum etiam omnem hypocriſin, quacunq́ ſpecie uel colore obductam.

Gloriabantur Iſraëlitæ de Deo, de promiſsionibus diuinis, de cere‐monijs & ritibus ſacrificiorum: Ni‐hilominus tamen hîc clamat Domi‐nus, eos non agnoſcere benefacto‐rem ſuum, blaſphemare ſanctum Iſraëlis, & irritare Deum. Quare & multitudinem ſacrificiorum re‐prehendit in hoc eodem capite, in‐cenſum abominationem uocat, nec ſe ferre ait neomeniam, ſabbatum & feſtiuitates alias, quòd nimirum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

uera fide & dilectione uacarent Iſraëlitæ, externiſq; duntaxat ritibus abſq; interiore animi pietate adhærerent.

Vnde & nos obſeruemus, PRIMO quibus uitijs potiſsimum Deus offenditur, & in examine actionum noſtrarum ad interiores motus deſcendamus, ne dum nos labijs fatemur Dominum agnoſcere, cor noſtrum cæcitate & ignorantia Dei laboret.

DEINDE ſciamus maximorum peccatorum parentem eſſe uoluntariam hominis auerſionem & defectionem à Deo. Quemadmodum enim Deo adhęrere ſumma eſt perfectio, ſicuti Moſes ait: Ecquid petijt Deus tuus, niſi ut toto animo ipſi adhęreas. Ita deſertio Dei abominabiles furores parit, amorem peccati inducit, blaſphemiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

miam gignit, & in uaria flagitia hominem propenſum & facilem reddit.

TERTIO obſeruemus quã periculoſum ſit peccatis abſq; pœnitentia inhęrere. Certis enim peccatorum gradibus homo, qui relicto Deo ſuas cupiditates ſequitur, in tetras confuſiones quotidie prolabitur, & tam diu ſurſum & deorſum uarijs furoribus & ſceleribus agitatur, donec æternis tenebris inuolutus & diſtrictus iaceat. Vnde cautos in his malis & confuſionibus nos eſſe oportet, & maturè à uitijs reſurgere, ne in profundum peccatorum delapſi, quæ ſalutaria ſunt contemnamus, & ſempiterna ignominia afficiamur.

QVARTO ſic utamur beneficijs Dei, quibus quotidie afficimur, ut ad pietatem & gratiarum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

actionem uera nobis ſint incitamenta, ne noſtra ingratitudine Dominum prouocantes excellentibus hiſce donis priuemur, & infinitis pœnis, quos Deus ingratis & contemptoribus paſsim denunciat, reddamur obnoxij.

Deus qui nos à ſe alienatos gratiæ ſuæ per Euangelium participes reddidit, ueram pietatem timorem & amorem in nobis confirmet, & ab illa horrenda apoſtaſia, qua fœdus cum Deo initum reſcinditur, clementer conſeruet. AMEN.

CON-

CONCIO SECVNdæ Diei.

TEXTVS.

Eſaiæ I.

LAuamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere perverſè, Diſcite benefacere. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite uiduam. Et uenite & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata ueſtra, ut coccinũ, quaſi nix dealbabuntur: Et ſi fuerint rubra quaſi uermiculus, uelut lana alba erunt. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit uos, quia os Domini locutum eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

ENARRATIO.

Superiore concione propoſita eſt querela aduerſus communem hominum ingratitudinem, qui uarijs beneficijs à Deo affecti, nihil niſi blaſphemiam & contemptum conditori ſuo referunt, ut ſinguli in hac multiplici confuſione, ſuæ impietatis & defectionis admoniti, in ſeipſos deſcendãt, & hypocriſin, quæ grauibus ſceleribus prætextum quærere ſolet, diligentius excutiant. Quia namq; ea humani ingenij eſt prauitas, ut in atrocibus etiam uitijs ſibi abblandiatur, propriamq; immunditiem uel negligat, uel intueri non uelit, uel aliqua ſaltem ratione excuſet: Manifeſtè ſingulis hominibus ante oculos ſtatui, ſuiſq; coloribus pingi oportet, communem illam impietatem & hypocriſin, cui indulgentes aduerſus nor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

normam uoluntatis diuinæ, abſq; ullo iræ Dei ſenſu præcipites feruntur.

Iam uerò cum ſola ab his tantis malis eluctandi uia, ſit ſeria ad Deum conuerſio, qua homo immunditiem & miſeriam ſuam agnoſcens, ad gratiam & miſericordiam pœnitentibus in filio Dei propoſitam uera fide confugit, præſentem pœnitentiæ concionem poſt grauem hanc defectionis Iudaicę accuſationem, ſubiungit Propheta, & hortatur ut ſinguli priſtina impietatis ſtudia relinquentes, uerè ad Deum conuertantur, & munditiem, quæ pios omnes decet, ſumma diligentia ſectentur. Futurum enim ait, ut ſi uoluerint & audierint, Dominus peccatorum omnium ſordes penitus abſtergat, bonaq; ſpiritualia & corporalia ipſis communicet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Si uerò noluerint, & ad iram Dominum prouocauerint, pœnam grauiſsimam, qua prorſus conſumentur, diuina ultione aliquando experiantur.

Vt autem hæc eximia pœnitentiæ concio, quæ perpetuò in Eccleſia ſonare & audiri debet, nobis fructuoſa eſſe poſsit, duos potiſsimum locos proponam.

I. Qualis eſſe debeat uera ad Deum conuerſio.

II. Quæ ſint promiſsiones factæ pœnitentibus, & quæ comminationes impœnitētibus propoſitæ.

DE PRIMO.

Quia peccatorum ſordibus nos omnes contaminati & infecti ſumus, & propter peccata noſtra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

iræ Dei & æternis pœnis obnoxij, ad expurgandam hanc immunditiem uera pœnitentia, inuitat Propheta, atq; à priſtinis ſordibus lauari & mundari monet. Hæc autem lotio & mundatio, nihil aliud eſt, quàm totius hominis innouatio, ſiue conuerſio ad Deum, quæ fit uera peccatorum agnitione & fiducia gratiæ in Filio Dei exhibitæ. Cuius ſanguine ab omnibus peccatis emundamur.

Vt autem ſeria ſit & minimè hypocritica conuerſio, non tantum externas ſordes abluere præcipit, ſed internas quoq;, peruerſas nimirum cogitationes & ſtudia cordis: ut homo rectè aſpiciat & intelligat mentis ſuæ caliginem, uoluntatis auerſionem, affectuum & appetitionum interiorum contumaciam, actionumq;

omni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

omnium deprauationem, & agnita miſeria & infirmitate ſua ad De⸗um ueris gemitibus confugiat ui⸗tęqꝫ nouitati ſtudeat.

Quamdiu enim impura eſt mens & conſcientia, quicquid inde pro⸗uenit eadem pollutione contamina⸗ri neceſſe eſt. Vnde uidemus in ſe⸗ria conuerſione ſatis non eſſe ad u⸗num aut alterum uitium reſpicere, ipſiusqꝫ emendationi ſtudere, ſed opus eſſe integra interioris homi⸗nis renouatione, ut in poſterum to⸗tus uiuat Deo, quemadmodum & Ioelis 2: dicitur. Conuertimini ad me, in toto corde ueſtro, in ieiunio, & in fletu, & in luctu, & ſcindite corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra.

Hæc ad noſtri temporis hypo⸗criſin rectè accommodanda ſunt. Videmus enim qualis, proh dolor, multo⸗

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

multorũ hodie ſit pœnitentia. Qui externam laruam ſanctimoniæ ad tempus aliquod induentes, confeſtim ad conſuetas ſordes reuertuntur, ĳſq́ꝫ, tanquam in uolutabro ſues, ſeſe inuoluunt. Tametſi enim paſsim uox Dei ſonet ad pœnitentiam inuitans, tamen hoc inter homines uſitatum eſt, ut priſtinos mores non abĳciant, ſed ſatis arbitrentur, ſi uerbum abſq́ꝫ omni peccatorum agnitione & uitæ ſuæ emendatione audiant. Vnde fit ut iuſto iudicio Dei nobis cumulentur grauiſſimę plagę, & maxima conſpiciantur indies iræ Dei ſigna.

Quomodo ergo uerē ad Deum conuertamur?

PRINCIPIO ex uerbo cœleſti uoluntatē Dei, totamq́ꝫ peccati rationem cognoſcamus, uerè ſtatuamus Deum peccatis iraſci, ac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

non modò externam, ſed etiam in-
ternam cordis impuritatem dam-
nare & punire.

DEINDE ad conſcientiæ
noſtræ examen, ſepoſita omni ſimu-
latione & excuſatione, deſcenda-
mus, adhibita luce legis diuinæ pec-
cata reuelantis & arguentis, tene-
bras & errores, quibus inuoluti
ſumus, excutiamus, grauitatem &
fœditatem peccatorum noſtrorum
rectè intueamur, nec animo ſecuro
aut Epicureo ad conſcientię noſtræ
uulnera conniueamus: ſed iuxta De-
calogi normam ſingula euolua-
mus, ne latibula erroribus noſtris
quærentes ad interitum ſeduca-
mur. Quemadmodum Iohannes
ait. Si dixerimus, quoniam pecca-
tum non habemus, ipſi nos ſeduci-
mus & ueritas in nobis non eſt.

TERTIO ad peccato-

rum noſtrorum & iræ Dei co=
gitationem uerè expaueſcamus, ab
hac fæditate, quæ æternas pœnas
& maledictionem commeretur, to=
to animo abhorreamus, peccatum
deteſtemur, & propoſitum pec=
candi abijciamus. Quemadmo=
dum hic Eſaias inquit. *Quieſcite
agere peruerſè.*

QVARTO Mens noſtra
ſenſu peccati & iræ Dei perter=
refacta, in his pauoribus haud=
quaquam deficiat aut contabeſ=
cat, ſed dulciſsimis Euangelij
promiſsionibus ſeſe erigat & con=
firmet, & uera fiducià ad illam
ineffabilem dilectionem Dei pa=
tris ſe conuertat, quam erga
nos hoc uelut certiſsimo ſigno
commendauit, quod cum ad=
huc eſſemus peccatores, ut Pau=
lus loquitur, Chriſtus pro nobis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

mortuus eſt, non enim implacabili ira ſæuit Dominus, aut perditionis noſtræ ſpectaculo oblectatur: Sed immenſa ſua clementia ad ſe confugientes recipit, ipſoſq́ uaſa miſericordiæ in gloriam efficit. Quemadmodum 2. Para: 30. dicitur. Pius & clemens eſt Dominus Deus ueſter, & non auertet faciem ſuam à uobis, ſi conuerſi fueritis ad eum.

QVINTO poſtquam in ſpem ueniæ erecti fuerimus, thronum gratiæ accedamus, petamus propter filium remitti nobis peccata, certaq́ fiducia ſtatuamus à Deo nos exaudiri, atq́ omnis gratiæ & ſalutis per uictimam filij Dei partæ participes effici: Adeò ut iã Chriſti ſanguine ab omnibus peccatis purgati, et abſoluti, per eum ſeruemur ab ira, donemur pace &

gaudio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

gaudio ſpiritus, atq; ad uitam æternam acceptemur.

SEXTO hoc pacto coram Deo iuſtificati fructus pœnitentiæ in tota uita oſtendamus, ac non modo à malefaciendo abſtineamus, ſed etiam beneficentiæ operam demus, ſummoq; ſtudio & diligentia uitam noſtram Deo approbare conemur. Quare Propheta noſter monet, ut quæramus iudicium, hoc eſt, Quicquid Deo placet in tota uita ſectemur, ſubueniamus oppreſſo, iudicemus pupillo, defendamus uiduam, id eſt, ijs operibus pietatiſq; exercitijs, quæ magna mundi pars negligit, fidem & obedientiam pro officij noſtri ratione aſsiduè teſtemur.

DE SECVNDO.

Vt immenſa Dei clementia omnibus mole peccatorum & ſenſu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

iræ Dei grauatis perpetuō in conſpectu eſſe poſsit, Dulciſsimas ipſis promiſsiones proponit Dominus, ne magnitudine peccatorum abſterriti, omnem ſpem ueniæ abĳciant, & in horrendam deſperationem conĳciantur. Vbi enim nulla gratiæ Dei eſt noticia, in pauoribus conſcientiarum, homines miſerè ſuccumbunt, ſibiq́ꝫ Deum non facilem benignum & clementem, Sed immitem & ſeuerum iudicem pingunt, qui implacabili ira omnes ſceleribus pollutos, æternis cruciatibus ſubĳciat. Quare promiſsionibus gratiæ φιλανθρωπίαν ſuam multoties in ſacris literis commendat, ut certa ſit obedientibus ſpes, & conſolatio: Atq́ꝫ contrà, obſtinatis & contumacibus, qui nulla ratione ad pœnitentiam flecti uolunt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

ſunt, iram ſuam horribiliter denunciet, ut ærumnas quibus affliguntur hodie, & perpetuò affligendi ſunt, inobedientiæ ſuæ pœnas eſſe ſciant.

PRINCIPIO itaq; in hac dulciſsima promiſsione, quæ omnium fidelium cordibus inſcribi iure meritiſsimo deberet, obſeruandum eſt quo pacto Dominus uelut in iudicium eos prouocat, qui in ſua hypocriſi abſq; ſincera cordis pietate uiuentes ſe acrius reprehendi & puniri cõqueruntur. Atq; innuit adeo ſe non fruſtrà eos accuſare, ut ſi conuertantur, omnia peccata ipſorum quantumuis grauia clementer abolere uelit, ipſoſq; totos mundare. Vnde nos ad firmandas in promiſsionibus di-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

uinis mentes noſtras excitemur, certoq; ſtatuamus non defuturam eſſe nobis gratiam Dei, ſi modò uocantem audiuerimus. Non enim eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur. Num: 23.

DEINDE obſeruandum eſt, non leuis eſſe momenti rem quam promittit. Cùm enim peccatum ſummè deteſtanda res ſit, qua non ſolùm naturaliter, infecti & contaminati ſunt omnes homines: Verumetiam æternæ morti & condemnationi ſubiecti, unde proprijs uiribus aut meritis eluctari non poſſunt. Certè ipſa peccatorum remiſsione & abolitione nihil fælicius homini obtingere poteſt, ut quæ totius ſalutis noſtræ rationem complectatur. Quare Dauid rectè Beatos clamat, quorum remiſsæ ſunt iniquitates, & quorum tecta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

ſunt peccata. Tametſi enim alij pec-
cata ſua extenuantes, amplitudinem
tanti beneficij non obſeruant: Alij
ſuas ſatisfactiones extollentes, quan-
tum in ſe eſt, gratuitum remiſsio-
nis beneficium contemnunt & con-
culcant. Tamen in confeſſo eſt, iræ
& damnationi æternæ omnes ho-
mines obnoxios eſſe, niſi quate-
nus Deus ipſis peccata non impu-
tauerit, eoſqꝫ propter filium in
gratiam receperit.

TERTIO uidendum, DE-
VM eſſe qui nobis peccata re-
mittat, & à reatu nos abſoluat. Is
enim ſola & ineffabili ſua miſeri-
cordia, in filio nobis oblata, nos ac-
ceptat, & ita peccata remittit, ut
non ſolum culpam abſtergat, Sed
etiam pœnam tollat. Quemad-
modum alibi Propheta noſter ait.
Ego ego ſum qui deleo iniquitates

tuas propter me. Et Pſal. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Vnde neceſſe eſt, ut hic omnium hominum merita, ſatisfactiones, & infinita alia portenta conticeſcant, & ſoli Deo omnis tribuatur gloria.

QVARTO obſeruandum, immenſam hanc eſſe Dei gratiam, qua non leuia tantum, ſed etiã grauiſsima peccata, quæ propter atrocitatem *RVBEA*, ſiue, ſanguinea dicũtur, *NIVE* candidiora reddũtur. Omnes noſtræ ſordes ſic ſanguine Filij abſterguntur, ut propter eas ab acceſſu Dei minimè prohibeamur. Quæ res conſolationem in grauiſsimis tentationibus nobis adferet, & fiduciam in petenda remiſsione peccatorum confirmet, ne propter multitudinem & magnitudinem

dinem peccatorum gratiam Dei nobis præcluſam eſſe arbitremur.

QVINTO ſciendum hanc promiſsionem gratiæ & ablutionis peccatorum, in Filio Dei fundatam, qui iuxta decretum æterni patris, orbi eſt exhibitus, ut ſit propitiatio pro peccatis totius mundi, noſcꝫ Deo patri reconciliet. Quemadmodum ſcriptum eſt Act. 10. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſsionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.

SEXTO tenendum, quòd quemadmodum gratuita, hæc eſt promiſsio: ita quocꝫ uniuerſalis eſt, & ad *OMNES* homines pertinet, qui impietatem ſuã abnegantes, certa fiducia gratiam oblatam apprehendunt. Sicut dicitur Iohannis 1. Dedit eis poteſtatem, ut Filij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Dei fierent omnes qui credunt in nomen eius. Huius enim beneficij participes efficiuntur, quotquot ſe ipſos ſua impietate & incredulitate non excluſerint. Non tamen hinc ſecuritatem noſtram confirmemus, aut pœnitentiam de die in diem differamus. (Tam enim ira, inquit Sirach, quàm miſericordia à Deo properabit, ac ſuper ſceleratos furor eius requieſcet.) Sed noſmetipſos in uniuerſalē miſericordiæ promiſsionem uera fide includamus, eamq́ꝫ aduerſus ſtoicas de particularitate imaginationes, & indignitatis noſtrę cogitationes ſic utamur, ut exploſa omni heſitatione certò nobis in filio Dei remiſſa peccata ſtatuamus, ac in omnibus ærumnis ſpem plenæ liberationis & promiſſæ immortalitatis cōſtanter retineamus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Porrò tametſi nihil hac promiſſione maius & excellentius, qua Deus peccatorum omnium oblutionem & ſpiritualia beneficia pœnitentiam agentibus offert: tamen corporalium bonorum & beneficiorum promiſsionem cum conditione obedientiæ ſubiungit, cum ait: *Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Idq́ꝫ facit, tum ut manifeſtum ſuæ gratiæ & fauoris indicium hominibus ob oculos ſubijciat, tum ut eos ad pœnitentiam & benè operandi ſtudium accendat.

Vnde diſcamus. PRIMVM quod uſq́ꝫ adeo clemens & benignus ſit erga omnes reſipiſcentes dominus, ut non ſolum pœnas commeritas cum peccatis auferat: Verumetiam bona huius uitæ concedat, & ſua benedictione obedien-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

tes ornet. Quamuis enim in omnes creaturas beneficus eſt, tamen ſuos fideles ſingulari beneuolentia proſequitur, facitq́ꝫ ut ipſis omnia in bonum conuertantur.

SECVNDO, Quod Deus uelit nos preſentium bonorum guſtu, & conſideratione ad meditationem ſpiritualium beneficiorũ accendi, ut ad æternam illam beatitudinem aſpiremus, quæ nullis uitæ huius incommodis turbari poteſt.

TERTIO, Quod quemadmodum uitæ noſtræ ratio rectiſsimè inſtituitur, cũm loquentem Deum audimus, ipſiusq́ꝫ uerbo obedientiam exhibemus: ita miſerrima noſtra eſt conditio, cũm ad uocem Dei obſurdeſcimus, noſtraq́ꝫ ingratitudine & contumacia beneficijs Dei uiam prȩcludimus, eumq́ꝫ ad uarias calamitates nobis immittendas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

das prouocamus. Huc facit querela Domini apud Ierem: cap. 5. Vbi ſic ait. Populo huic factũ eſt cor incredulum & exaſperans, receſſerunt & abierunt. Et non dixerunt in corde ſuo. Metuamus Dominũ Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & ſerotinam in tempore ſuo, plenitudinẽ annuę meſsis cuſtodientem nobis. Iniquitates ueſtrę declinauerũt hæc, & peccata ueſtra prohibuerunt bonum à uobis. &c.

Sequitur nunc grauis illa comminatio, qua pœnas atroces ĳs omnibus denunciat Dominus, qui in ſua contumacia & inobedientia perſiſtentes, uerbum Dei nullo loco habent, ſed ſecurè cęcos & impetuoſos ſuos affectus ſequuntur, ſeſeq́; cuiuslibet turpitudinis mancipia abſq́; omni pudore conſtituunt. Vult enim Dominus manifeſta

extare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

extare iræ ſuæ teſtimonia, ut ho-
mines in hac uita futuri Iudicij ad-
moneantur, & haud uanam eſſe co-
gitent Dei uindictam, quã in pec-
catores omnes impœnitentes & ob-
ſtinatos aliquando exercere ſtatuit.
Itaq; per Prophetam ſic loquitur
Dominus. *Quòd ſi nolueritis, & me
ad iram prouocaueritis, gladius de-
uorabit uos.*

Quibus uerbis admonemur pec-
catum adeoq; inobedientiam no-
ſtram aduerſus Deum, rem eſſe
fœdam & abominabilem in con-
ſpectu Dei, qua ſic irritatur, ut iu-
ſtiſsimo ſuo iudicio, ſe ad ultionem
& uindictam conuertat: Etſi enim
quamplurimi in hoc mundo pecca-
torum illecebris conſtricti, turpi-
tudinem ſuam non agnoſcunt: Sed
quò liberius peccent, Deum pro ar-
bi-

bitrio ſibi pingunt ad peccata que-
libet conuiuentem, aut certè ſeriò
non punientem: tamen manifeſtè
clamat Dominus ſe noſtris ſceleri-
bus ad iram prouocari.

Deinde monemur non eſſe le-
uem hanc iram Dei aduerſus pec-
catum, ſed adeo grauem & horri-
bilem, ut nullus pœnarum finis ſit
futurus, donec penitus impij fue-
rint abſumpti. Varia enim flagella
parat Dominus, & in hac uita eui-
dentia iræ ſuæ ſigna proponit, ut
homines caſtigati uel ſapere incipi-
ant, uel ſibi uindictam paratam eſ-
ſe cognoſcant. Cuius hæ pœnæ tem-
porales quædam ſunt initia. Atque
hinc eſt quod nunc famem inducat,
nunc gladium immittat nunc peſte,
percutiat, nunc beſtijs ad affligendũ
utatur. Interdum etiam omnia hæc
pœnarũ genera cumulet, quæ mul-

toties

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

toties apud Prophetas recitat, ut tantò diligentius homines ſeipſos examinent, quantò clariora ipſis iræ diuinæ proponuntur indicia.

Certe ſi ad noſtrum hoc ſeculum reſpexerimus, uerißimè comperiemus accenſum eſſe furorem Domini aduerſus nos, & grauiora indies mala nobis expectanda eſſe. Quãtoperè enim in his terris graſſetur fames, multorum lacrymæ teſtantur, qui exhauſtis penè facultatibus ob annonæ caritatem, quam miſerrimè uiuunt, & ægrè quod miſeris ſuis liberis apponant inueniunt. Bellum autem in manu nobis eſſe quis non uidet, quod cum nunquam ſolum ſit, plurimas incommoditates etiam nobis attrahet, niſi Deus ipſe manus auxiliatrices pro ſua clementia præbuerit. Peſtem & peſtilentiales morbos uarijs in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

locis uires ſumere quotidie audimus, multoſq; eorundem morborum contagione abreptos eſſe conſpeximus. Beſtiæ plures ſunt quam communiter eſſe putantur. Tametſi enim floribus & folijs Dei beneficio quodammodo parcitur: Sunt tamen beſtiæ, quę non modō inutiliter fruges abſumunt, ſed etiam domos uiduarum deuorant, pupillos opprimunt, priuatorum facultates exhauriunt, Calumniarum aculeis pungunt, honeſtorumq; hominum famam ac exiſtimationem iniuſtè conuellunt.

Hæc qualiacunq; ſint, iram Dei repreſentant, & grauiſsimæ uindictæ nos admonent, ſi modō abſterſo cœno, in quod demerſi ſumus, paululum oculos noſtros aperuerimus. Vt enim Dominus populum

Iudaicum in perfidia & malitia ſua perdurantem, & prędictiones prophetarum contemnentem, uarijs calamitatibus & plagis puniuit, quemadmodum omnium temporũ hiſtoriæ ſatis atteſtantur: Ita quoque poſt multas, eaſdemq́ graues admonitiones, arcum nobis hodie tetendit, ſagittas parauit, ac iamiam percuſſuro ſimilis extrema minatur, niſi ſeria & matura noſtra fuerit reſipiſcentia.

Quocirca ut non tantum temporales huius uitæ ærumnas, gladium, omnemq; hoſtilem furorem, famem, peſtem, & afflictiones quaſcunq́;, uerumetiam æternas pœnas & cruciatus omnibus impijs cum diabolo paratos euitemus, ad os Domini, quod locutum eſt, noſmetipſos conuertamus: impietatem & immunditiem cordis noſtri, qua

Deus

Deus in iram prouocatur, deploremus: fiducia promiſſæ misericordiæ, ex his malis noſtris eluctemur: et ſancto pietatis ſtudio, uitam noſtram Deo approbare nitamur. Ita enim futurum eſt, ut Deus qui clemens eſt & miſericors, bona corporalia & ſpiritualia in nos cumulatiſsimè conferat, & è præſentibus ærumnis, potenter nos eripiat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

CONCIO TERTIÆ *Diei.*

TEXTVS.

1. Timoth. 11.

ADhortor igitur primùm omniū fieri deprecationes petitiones, Interceſsiones, gratiarumactiones pro omnibus hominibus pro regibus & omnibus qui in eminentia ſunt, ut quietam & tranquillam vitam degamus in omni pietate & honeſtate. Hoc enim bonum & acceptum eſt coram Deo ſeruatore noſtro, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire.

ENARRATIO.

Cum hactenus expoſitum ſit, quo pacto peccator à Deo aber-

rans

rans, conſideratis promiſsionibus gratiæ diuinæ & horribilibus comminationibus, quas Deus ipſe impœnitentibus denunciat, in uiam redire poſsit, ne erroribus ſuis in perpetuum alienetur, & propter peccata exitialemDei uindictam incurrat. Id proximè uidendum eſt, ut quia magna uitæ humanæ eſt fragilitas, præſidio ſpiritus Dei in uera pietate conſeruetur, bonam conſcientiam retineat, quotidianis exercitijs ad ſalutem proficiat, atq; in neceſsitatibus quæ in hac uita ſunt multiplices, muniatur.

Cum autē in omnibus uitę partibus & quacunq; neceſsitate, homini turris fortiſsima ſit Nomē Domini: Sæpe multumq; ſacræ literæ nos ad orandū hortantur, propoſita fidelis orationis efficacia, mandato Dei, eiuſdemq; facilitate & promptitu-

dine in exaudiendo, noſtra quoq;
graui indigentia qua donec hanc
corporis molem circumferimus,
undiq; premimur & urgemur, ut
ardentibus precibus à ſolo Deo, qui
cordium inſpector eſt & omnium
bonorum largitor munificentiſsi-
mus, auxilium expetamus, quo adiu-
ti quietam & placidam uitam in
timore Domini uſq; ad extremum
halitum tranſigamus. Quod ſanè
animaduertens Paulus Apoſtolus.
diſcipulum ſuum Timotheum ſic
inſtituit, ut non tantum puritatem
Doctrinæ in Eccleſia Filij Dei reti-
nere, uerum etiam inuocationis ex-
ercitia, quantũ fieri poſsit, promo-
uere ſtudeat, ut omnes in ſincero
cultu & timore Dei proficere poſ-
ſint. Cæterum quia ſæpe in Eccle-
ſijs noſtris explicatur, quid & quo-
tuplex ſit oratio Chriſtiana, Quæ
cauſæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

cauſæ ad orandum inuitantes, Quo affectu orandum &c. hac uice duos duntaxat locos, ad præſens noſtrum inſtitutum quam maximè facientes, proponam.

I. Quid nos ad precandum pro magiſtratu incitabit maximè.

II. Quæ utilitates ad nos proueniant, ſi magiſtratus officia precibus noſtris aſsiduē Deo commendauerimus.

DE PRIMO.

Omninō ſtatuendum eſt, pios omnes in inuocatione, ſuas inter ſe neceſsitates ueluti partiri & ſuſcipere debere, ut non modō pro ſe priuatim, ſed etiam pro tota Eccleſia Deum precentur, adeoq; precibus ſuis omnium hominum ſalutem Deo commendent. Non enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

ad paucos duntaxat in Eccleſia, ſed ad uniuerſos ſeſe noſtra dilectio diffundat, ut cœleſtis patris benignitatẽ, quantũ fieri poſsit, exprimamus.

Cum aũt magiſtratus nõ minima fœlicitatis noſtræ pars ſit in hac uita, ſubinde ad ordinationẽ Dei reſpiciamus, & gubernatores ad cõmunẽ defenſionẽ, tranquillitatẽ, & cõſeruationẽ ſocietatis nobis à Deo cõſtitutos precibꝰ noſtris ipſi cõmẽdemus, idq́; potiſsimũ ob has cauſas.

PRIMA eſt MANdatum Dei. Hic enim Spiritus Sãctus hortatur, ut fiãt *obſecrationes, interpellationes &c.* pro magiſtratu, adeoq́; hoc ipſũ *bonum & acceptum eſſe coram Deo ſeruatore noſtro* teſtať. Vult ẽm Deus haud quaq̃ negligi ordinẽ à ſe inſtitutũ, ſed ſapientiã ſuã & prouidentiã in cõſeruando genere humano agnoſci, atq́; hac agnitione nos

inci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

incitari,ut nō modò iuſtis legibus et magiſtratuum imperio obediamus: uerū etiam publicā ordinationē, ad gloriā Dei & noſtrā utilitatē,incolumē et ſaluā eſſe toto animo cupiamus. Nō enim iudiciū hominis, ſed iudicium Dei magiſtratus exercet.

SECVNDA eſt cōmunis NECESSITAS.fieri em̄ neq̄t,ut abſq; certo magiſtratu Ius & æquitas cōſeruētur,ſaluę maneāt ſingulorū facultates,puniant̕ ſcelera humanā ſocietatē diſturbātia,et qui honeſtè ſe gerūt à malorū oppreſsione ac inſidijs immunes uiuāt. Et ſanè uidemꝰ quātę oriri ſoleāt cōfuſiones,et quātę nō ſolùm rerūpublicarū, ſed etiā Eccleſiarū ſint perturbationes, ubi nullus legū uigor, nulla magiſtratus autoritas , nulla diſciplinæ honeſtæ executio,nullæ deniq; pœnæ,quibus ſceleratorū furioſa libido conſtringi

& coherceri poſsit. Vnde à Deo nobis petendum eſt, ut ordinationẽ magiſtratus apud nos clementer inuiolatam conſeruet, & per eam diſſipationem publici ſtatus, & multiplicia ſcandala, quibus non parùm turbatur Eccleſia, impediat.

TERTIA cauſa eſt huius eximiæ functionis *DIFFICVLTAS*. Nam cũ ad magiſtratus officiũ pertineat facere iudicium & iuſtitiam, hoc eſt, bonos ſiue innocentes in fidem & defenſionem ſuſcipere, tueri, complecti, liberare, ac ſceleratorum hominum iniuſtam uim reprimere, libidinem fraudes & tyrannidem punire, &c. atq; ſimul curam religionis propagandę gerere, ſuperſtitiones & idololatriã abolere, diſciplinam conſeruare, pacem paciſq; ornamenta, quantum fieri poſsit, publicè & priuatim conſtabilire,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

bilire. Sine preſidio Dei tantis re-
bus gerendis in hac naturæ fra-
gilitate par eſſe nemo poteſt, præ-
ſertim cum undiq; uaria obſiſtant
egregijs conatibus impedimenta, &
ſubindè honeſtum propoſitum mu-
tet ingeniorum & negociorum ua-
rietas. Quare autor & inſtitutor
magiſtratus, aſsiduis precibus in-
uocandus eſt, ut gubernatoribus
pietatem ſapientiam & iuſticiam
concedere, adeoq; ſucceſſum in legi-
tima adminiſtratione, & ſalutaria
conſilia prębere uelit: ne rerum ge-
rendarum amplitudine & difficul-
tate fracti, ſtationem ſuam relin-
quant, & miſeros ſubditos hoſti-
bus ſuis lacerandos ſubijciant.

QVARTA cauſa eſt debi-
tus *HONOR*, quem propter ordi-
nationem & merita, magiſtratui
exhibere tenemur. Quia enim ma-

 giſtratus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

giſtratus eſt Pater patriæ, Paſtor populi, præſes iuſtitiæ, Vindex innocentiæ, & Eccleſiæ nutricius &c. hunc pietatis & reuerentiæ affectũ ipſi debemus omnes: ut non tantum de ipſius officio quàm honorificentiſsimè ſentiamus, ipſumq́ꝫ ueneratione externa afficiamus: uerùm etiam ex animo ipſius ſalutem & proſperitatem cupiamus, eamq́ꝫ in noſtris quotidianis precationibus Deo commendemus. Tametſi autẽ quidam gubernatores ab ordinatione diuina uſq́ꝫ adeò degenerent, ut non modò non ſubditis debita officia exhibeant, uerum etiam iniuſtis exactionibus & manifeſta ui nonnunq̃ opprimant: Nihilominus tamẽ pios decet, et ordinationẽ Dei magnifacere, & ꝓ gubernatoribus ad Deũ preces fũdere, ut ipſos ſpiritu ſuo gubernare, miniſtros quoq́ꝫ

pacis

pacis & iuſtitiæ efficere uelit, quò ſub eorũ tutela trãquillius uiuamꝰ.

QVINTA cauſa eſt *POENA* qua Deus afficit omnes ordinationis ſuæ contemptores, & punit ingratitudinẽ quę pro tot beneficijs repẽditur. Quicũq; enim uel contẽnit magiſtratꝰ officiũ Deo cõmẽdare, uel ꝓ hoc beneficio Deo gratias agere negligit, non ſolũ benefactori ingratus eſt: uerum etiam oſtendit ſe prouidentiæ diuinæ adminiſtrationem uilipendere, & publicã reipublicæ & Eccleſiæ ſalutẽ contemnere. Vnde Deus ipſe hũc magiſtratus cõtemptũ, uelut ſui contemptũ, atrocibꝰ pœnis ueriſsimè uult ulciſci.

Hiſce & ſimilibus cauſis excitari nos oportet, ut nõ modò magiſtratui externa pręſtemꝰ obſequia: uerũ etiã ut pro tota gubernatione fideliter oremus, uereq; ſtatuamꝰ nihil nobis

hic

hic fœliciter cedere, quantumuis prudentia, uirtute, & potentia excellant ij, qui in eminentia conſtituti ſunt, niſi Deus qui conſtituit, cõſilia actionesq́ʒ omnes gubernauerit. Ita enim Pſalmiſta ait. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam.

DE SECVNDO.

Porrò uidendũ eſt, quænã huius precationis ſint *VTILITATES*. Non enim irritæ ſunt noſtræ preces, quæ pro magiſtratu & alijs fiunt modò uera cordis fiducia precati fuerimus.

Vtilitates autẽ egregiè Paulus explicat cum ait: *Vt placidam ac quietam uitam degamus, cum omni pietate & honeſtate:* ac ſimul explicat, quo noſtræ precationes pro magiſtratu dirigi debeant.

Princi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Principio itaqꝫ TRANQVILLAM ET QVIETAM VITAM ponit, ſignificans hunc eſſe non minimum fructum rectè adminiſtratæ reipublicæ, ut tranquillitatem & pacem retineamus. Cùm enim furioſorum hominum audacia, qui leges & diſciplinam uiolare & conculcare non dubitant, non modo priuatam ſingulorum quietem, uerum etiam communem omnium tranquillitatem perturbet: gladio armatus eſt magiſtratus, ut ſeditioſos motus comprimat, in flagitia, cædem, latrocinia animaduertat, & pacem inuiolatã retineat. Quare cùm pro magiſtratu oramus, minimè negligenda eſt aurea illa pax, qua ſinguli abſqꝫ hoſtium metu, pietatis & legitimæ uocationis ſtudia, tranquillè in gloriam Dei, & utilitatem

reipubli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

reipublicæ colere poſsint. Vbi enim direptionibus & latrocinĳs omnia plena ſunt, ibi non tantum facultates priuatorũ pereunt: uerùm etiam quies illa turbatur, quam doctrinæ pietatis & exercitĳs inuocationis tribuere oporteret. Vnde precari necesſũ eſt, ut Deꝰ ipſe aduerſus iniuſtam uim uictoriã concedat magiſtratui noſtro, quò pacis commodis piè & honeſtè in hac uita fruamur.

Alterum deinde fructũ adĳcit Apoſtolus, PIETATIS cõſeruationem: in id enim perpetuò anniti debet Magiſtratus, ut quicquid religionis ſtudia impedit, & uerũ Dei cultũ cõtaminat, amoueatur: atq́; exercitia pietatis, miniſteria ſcholarũ, & Eccleſiarũ, & quæ ad ea ſuſtinẽda peragendaq́; faciunt, quã diligẽtiſsimẽ curẽtur. Non em̃ pacẽ dũtaxat, ſed etiam pacis ſtudia curabit magiſtratꝰ, ut ſubditi Dei beneficio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

trãquillẽ uiuẽtes, ueris cultibus Deũ celebrẽt, et in doctrina pietatis indies ad ſalutẽ proficiãt. Itaq́ʒ in orationibꝰ pro magiſtratu, de propagatione doctrinę et miniſterij conſeruatione cogitandũ nobis eſt, ut Deus propter filium gubernatoribus omnibus amorem ueræ religionis inſtillare, eamq́ʒ gratiam largiri dignetur, qua Eccleſiæ gubernandæ rationem rectè intelligere, et quàm commodiſsimè eã inſtituere ualeãt.

Tertiũ preterea fructum ponit Paulus HONESTATEM, quę in ipſa uitę conſuetudine, iuſtis cõtractibus, gubernatione familię, aſsuefactione pueritię ad uirtutem, & iuſta diſtributione operum pro ratione uocationis cuiuſq́ʒ conſpicitur. Hanc enim curam retinere magiſtratus debet, ut homines morum grauitatem, fidem, pudicitiã, modeſtiam, & reliquas uirtutes, quæ ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

publicam honeſtatē faciunt, conſeruent: agant res proprias, ſtatum ſuum decenter tueantur: diligenter officium faciant, & uitę ſocietatem humanitate ſua ſtabiliant. Quarè petendum nobis eſt, ut hæc cura retinendæ honeſtatis publicæ, in gubernatoribus creſcat, uigeant leges honeſtæ, quę ualidiſsimi rerumpublicarum ſunt nerui, & homines in officio retinent.

Hęc omnia tametſi ab ocioſis hominibus negligũtur, qui nulla habita publicę cõmoditatis ratione, uētris ingluuiē duntaxat amant & ſectantur: tamen cũ ē fœlici gubernatione ad nos hæc bona proueniant, non negligendi ſunt ĳ in noſtris precibus, qui huiuſmodi gubernationi præſunt, ſed ſedulō pro ĳs orandum, atq́ etiam annitendum eſt, ut tranquillitate conceſſa non abutamur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

mur ad luxum, libidinem, contemp-
tum proximi, beluinam fœditatem:
ſed piè & honeſtè omnes uitæ no-
ſtræ partes ordinemus, ut Deus ip-
ſe inter nos perpetuò celebretur.
AMEN.

ORDINATIO LE-ctionum.

PRIMA DIE.

Loco Epiſtolæ, Eſaiæ primo.

Initium. Audite cœli & percipe terra, &c.

Finis. Alienati ſunt retrorſum.

Euangelium Matth. XI.

Initium. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, &c.

Finis. Terræ Sodomorũ remiſſius erit in die iudicij quam tibi.

SECVNDA DIE.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Loco Epiſtolæ Eſaiæ primo.

Initium. Lauamini, mundi eſto-
te, &c.

Finis. Gladius deuorabit uos
quia os Domini locutũ eſt.

Euangelium Lucæ, III.

Initium. Dicebat ergo ad tur-
bas, &c.

Finis. Excidetur, & in ignem
coniĳcietur.

TERTIA DIE.

Epiſtola I. Timot. II.

Initium. Obſecro igitur primum
omnium, &c.

Finis. Ad agnitionem ueritatis
peruenire.

Euangelium Lucæ, XVIII.

Initium. Dicebat autem & para-
bolam ad illos, quoniam
oportet, &c.

Finis. Dico uobis quia citò faci-
et uindictam illorum.

OR-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

ORDINATIO PRE-
cationum.

Primæ Diei precatio.

O Alſõmectigſte Eui-
ge Gud / ſom haff-
uer opfød oſſ dine
Børn/oc ophøyet oſſ met
dine wſigelige velgernin-
ger/ wi bekiende vor mãg-
foldige vtacknemmelighed
mod dig / oc aff hiertet be-
græde vor ondſkaff oc groff-
ue Synder / met huilcke
wi Skadelige Børn haff-
ue fortørnet din guddom-
melige Godhed/oc fortient

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

bode timelig oc euig ſtraff.
Thi bede wi dig O naadi-
ge Fader/at du vilt opliu-
ſe vore Hierter/ at wi kun-
de aluorligẽ omuendis til
dig / bliffue dine elſkelige
Børn/ oc vndgaa dẽ ſtraff
ſom din Retferdighed tru-
er oſſ met for vore Syn-
der/ved din kiere Søn Je-
ſum Chriſtum vor Herre/
Amen.

SECVNDÆ DIEI
precatio.

O Alſommectigſte euige
Gud/ſom haffuer loff
uit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

uit dine Børn at der
ſom deris Synder ere end
Blodrøde/da ſkulle de dog
bliffue Snehuide/oc at vil-
de de lyde dig / da ſkulle de
nyde landzens gode. Wi
bede dig O naadige Fader/
forlad oſſ alle vore Blodi-
ge Synder / oc giff oſſ din
Hellig Aand / at wi kunde
ſtaa aff det onde oc gøre det
gode/ lad din vrede offuer
oſſ formildis / at wi maat-
te beſkermis fra vore fiēder
oc allehaande nød oc fare/
oc nyde dine Gaffuer oc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

velgerninger dig til loff oc ære/ved din kiere Søn Jeſum Chriſtum vor Herre/ Amen.

TERTIÆ DIEI *precatio.*

O Alſommectigſte Euige Gud / ſom haffuer vnder din veldige haand alle Verdſens riger oc regimente / ſom giffuer al fred oc rolighed/oc altid beuarer din hellige menighed vdi atſkillige friſtelſer oc fare. Wi bede dig ydmygeligē / O naadige Fader/ giff

giff at vor naadige Herre
Konning Friderich kunde
met ſine Lād oc Riger be-
uaris vnder din guddom-
melige beſkermelſe/ regære
hans raad oc anſlag til dit
hellige Naffns ære / ſaa
at wi met alle andre hans
vnderſaatte / kunde leffue
it roligt oc fredſommeligt
leffnit/ vdi al Gudelighed
oc Erlighed / ved din kiære
Søn Jeſum Chriſtum
vor Herre / A-
MEN.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°



HAFNIÆ,
Excudebat Laurentius
Benedict.

1563.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 309 8°